

lore 133—148° C. transiens collige et in lagenis obturatis, a luce solis remotis, serva. *Dosis*: 15—20—30 guttae capsulis inclusae.

### Zibethum facticum.

Rp. Olei Nucistae 100,0  
Balsami Peruviani 10,0  
Cetacei 30,0  
Leni calore liquatis adde  
Olei Caryophyllorum  
Olei Cinnamomi  
Olei Sassafras ligni  
Moschi sub. pulv. aa 2,0  
Liquor. Ammonii caust. *Grutt.* 5.  
Digere per horam unam conterendo.

### Zincum aceticum.

Acetas Zinci.  
 $Zn(C_2H_3O_2)_2 \cdot 3H_2O = 236,9 -$   
 $ZnO, C^4H^3O^3 + 3HO = 118,45.$

Rp. Zinci oxydati albi P. 4 (vel  
Zinci carbonici basici P. 5).

Solve in  
Aceti concentrati (pd. spec.  
1,040) P. 21

vel quantitate sufficiente, antea  
Aquae destillatae  
volumine dimidio diluta. Liquor filtratus ad crystallisationis momentum evaporetur et crystallata collecta, calorem evitanda siccata serventur. *Effic.* P. 9—10.

*Dos.*: 0,1—0,2—0,3 ter quaterve per diem (nervinum). Emeticum 0,5—1,0. Injectio in urethram 0,3—0,5: 100,0 aq. Ad gargarisma 0,5—1,0: 100,0 aq.

### Zincum bromatum.

Bromidum Zinci.

$ZnBr_2 = 224,5 - ZnBr = 112,25.$

Paretur aequali modo quo Zincum jodatum e

Zinci puri granulati P. 11  
Aquae destill. P. 70  
Bromi P. 26.

Bromum addatur paulatim aquae cum Zinco. *Effic.* P. 36—36,5.

Sal album, in aëre deliquescens, servetur in vasis vitreis dense clausis.  
*Usus* ei Zinci chlorati et jodati aequalis.

### Zincum carbonicum.

Carbonas Zinci. Hydrocarbonas zinci-  
cus. Zincum subcarbonicum.

$(ZnCO_3) \cdot 3Zn(HO)_2 = 546,5$   
 $- 2(ZnO, CO_2) + 3(ZnO, HO) = 273,25.$

Rp. Zinci sulfurici crystallisati  
puri P. 10.

Solutis in

Aquae destill. P. 200

et usque ad ebullitionem calefactis affunde liquorem filtratum fervidum, paratum e

Natri carbonici cryst. P. 11 et

Aquae destill. P. 200.

Praecipitatum Aqua destillata plane elotum calore balnei vaporis sicceetur. Sit pulvis albusissimus. *Efficentur* P. 7.

### Zincum chloratum.

Chloridum s. Chloruretum Zinci s.  
zincicum. Zincum muriaticum.

$ZnCl_2 = 136 - ZnCl = 68.$

Rp. Acidi hydrochlorici q. v.

[1] In vas vitreum immisso et calefacto sensim adijce

Zincum carbonicum vel Zincum oxydatum,

quandiu aliquid solvitur. Liquor filtratus inter perpetuam agitationem evaporetur et igne sub finem remissione inter agitationem exsicceetur. Massa pulverea adhuc calida in lagenas parvas ingeratur et in iis optime obturatis asservetur. Sit sal album, in aëre facillime deliquescens.

Rp. Acidi hydrochlorici q. s.

[2] Addatur huic paulatim

Zinci laminati

tantum, ut, cessante effervescentia et acido saturato, copia quaedam Zinci intacta supersit. Liquor filtratus tractetur ut supra.

Desinfectivum corpora mortua conservans, causticum. *Dosis maxima*: 0,015, pro die 0,1 aqua soluta.

### Zincum chloratum in bacillis.

Chloridum Zinci bacillatum. Lapis  
zincicus. *Zinkstift.*

Rp. Zinci chlorati sicci P. 100

[1] Kali nitrici P. 20

Kalii chlorati P. 10.



Mixtae calore modico liquatae in modulum bacillarium vel tubum vitreum infundantur. Post refrigerationem bacilla foliis stanneis arcute involvantur et in vitris siccis et bene obturatis servantur.

*Dosis* ad lotiones 2—5—10:100,0 aq. Ad ligamenta 1,0:100,0—200,0 aq. Ad inject. in urethram 0,05—0,1:100,0 aq. Ad aquam ophthalm. 0,1:150,0—200,0.

Rp. Zinci chlorati P. 20

[<sup>2</sup>] Zinci oxydati P. 1

Kalii chlorati P. 5.

Contritae calore fortiore liquefiant, tum in modulum stili formem vel bacillarium infundantur.

Bacilla (Stili) Zinci chlorati mitigati.  
*Milde Chlorzinkstifte.*

Rp. Zinci chlorati P. 10

[<sup>3</sup>] Farinae secalis P. 5

Aquae destillatae q. s.

Misce. Fiat pasta, ex qua stilos cylindraceos, circiter cm. 0,5 crassos et cm. 5—8 longos foma. Hi cylindri leni calore perfecte siccati in vasis vitreis dense clausis servantur.

### Zincum chloratum liquidum.

Liquor Zinci chlorati s. Chloridi.

Rp. Zinci chlorati sicci P. 1.

Solve in

Aquae destill. P. 9


et filtra.

*Ph. Brit.* Zinci chlorati sicci 43,0 solve in Aquae destill. 57,0. Pond. spec. 1,460.

*Ph. U. St.* Zinci chlorati siccati 50,0 solve in Aquae dest. 50,0. Pd. spec. 1,555.

### Zincum cyanatum cum Ferro.

Cyanidum (Cyanetum) zincico-ferrosus, Ferro-Cyanetum zincicum. Zincum ferro-cyanatum. Zincum ferroso-cyanatum. Zincum zooticum.



Rp. Kalii ferroso-cyanati (flavi) P. 6.

Solve in

Aquae destill. P. 60.

Solutioni filtratae admisce liquorem filtratum, paratum e


Zinci sulfurici puri P. 8 et  
Aquae destill. P. 180.

Praecipitatum inde exortum tamdiu Aquae destillata tepida edulcoretur, donec aqua defluens addito Baryo chlorato soluto non amplius turbetur. Tum praecipitatum loco tepido exsiccetur et in lagenis obturatis servetur. Sit pulvis albus. *Dosis*: 0,03—0,06—0,12 quater quinquiesve per diem (gastrodinia, cardialgia).

### Zincum cyanatum

(sine Ferro).

Cyanidum Zinci. Cyanuretum zincicum. Zincum hydrocyanicum (sine Ferro).



Rp. Kalii cyanati P. 3.

[<sup>1</sup>] Solve in

Aquae destill. P. 60.

Solutioni filtratae admisce liquorem filtratum, paratum e

Zinci sulfurici puri P. 7 et  
Aquae destill. P. 35.

Praecipitatum inde ortum et in filtro collectum cum mixtione parata ex

Aceti concentrati P. 1 et

Aquae destill. P. 10

bene conquassetur, tum Aqua destillata perfecte edulcoretur et inter strages chartae bibulae loco umbroso et tepido (30° C.) quam celerrime sicceatur. Sit pulvis albissimus.

Serva in lagenulis embolo suberino bene obturatis. Effic. circiter P. 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub>.

Rp. Zinci acetici P. 1.

[<sup>2</sup>] Solve in

Aquae destill. P. 10.

Liquori filtrato instilla

Acidum hydrocyanatum  
aquosum,

quamdiu inter agitationem praecipitatum exoritur, quod collectum et aqua elotum, ut supra notavi, siccandum est.

Cautissime serva!

*Dosis*: 0,005—0,01—0,015 bis quaterve per diem. *Dosis maxima*: 0,03, pro die 0,15 (epilepsia, cardialgia, carcinoma ventriculi).

Huic Zinco cyanato in praecepto medicus ordinans ad signum! adden-



dum obligatus est, ne commutatio cum Zinco ferro-cyanato eveniat.

### Zincum depuratum.

Zincum purum.

Rp. Zinci granulati *P.* 4

Kali nitrici pulv. *P.* 1.

Zincum et Kali nitricum in crucibulum Hassiacum, stratum super stratum, ingerantur. Crucibulum operculo lutando bene obtegatur et igne primo leniore tum fortiore uratur. Simulae flamma e crucibulo erumpit, hoc ex igne aufer, et, scoriis remotis, metallum effunde. Zincum sit ab Arseno liberum!

### Zincum jodatum.

Joduretum s. Jodidum Zinci.

$ZnJ_2 = 318,1 - ZnJ = 159,05.$

Rp. Zinci puri granulati *P.* 3

Aquae destill. *P.* 18.

In cucurbitam vitream ingestis adde

Jodi puri *P.* 11.

Digere per aliquot horas et saepius agita, ut fluidum decolor appareat. Tum liquor per carbonem pulveratum perfundendo filtratus calore modico ad siccum evaporetur et statim in lagenis vitreis bene obturatis, a luce remotis servetur. Sit pulvis albus, in aëre facile liquescens. Effic. *P.* 13.

Causticum 1,0—2,0 : 5,0 aq. In unguine contra tumescencia scrophulosa 1,0 : 5,0—6,0 adip. Ad inject. 0,2—0,3 : 100,0 aq. In aq. ophthalm. 0,15 : 100,0 aq.

### Zincum lacticum.

Lactas zincicus.

$(C_3H_5O_3)_2 \cdot Zn + 3H_2O = 297 -$

$ZnO, C^6H^5O^5 + 3HO = 148,5.$

Rp. Seri lactis colati *P.* 100

Aquae commun. calidae *P.* 30

Sacchari albi *P.* 10

Casei recentis *P.* 3.

Bene mixtae per tres dies loco tepido, calorem 40° C. nunquam superante, seponantur, ut acescant. Dein inter agitationem admisce

Zinci oxydati venalis (Cetrussae zincicae)

eam quantitatem, ut mixtura neutralis facta sit. Post dies duos liquorem denuo acidum factum iterum Zinco

oxydato venali satura. Haec operatio secundo quoque die repetatur, donec liquor vix rursus acescat. Tum liquorem cum sedimento, ut caseus in cogulum cogatur, calefac, ut ebulliat, dein adhuc fervidum per linteum cola. Colatura loco frigido seposita crustas crystallinas lactatis zincici demittit. Liquor ab illis defusus evaporando ad volumen dimidium redactus denuo seponatur, ut crystallae demittat. Massae crystallinae collectae et siccatae solvantur in

Aquae destill. fervidae

quantitate 20pla, et adjecto paulo Zinci oxydati seponantur per aliquot horas loco calido et interdum agitentur. Liquor dein fervefactus per chartam bibulam filtretur et evaporando ad volumen dimidium redactus ad crystallisationem loco frigido seponatur. Liquor a crustis crystallinis defusus et denuo ad volumen dimidium usque redactus seponatur, quod repetatur, quamdiu crustae salinae albae concreverint, quae omnes collectae et loco tepido siccatae serventur. Sit sal album, in aquae frigidae *P.* 60, in aquae fervidae *P.* 7 solubile. *Dosis:* 0,03—0,04—0,06 (epilepsia). *Dosis maxima:* 0,06, pro die 0,3!!

### Zincum oxydatum.

Oxydum Zinci s. Zincicum.

$ZnO = 81 - Zn = 40,5.$

Rp. Zinci carbonici q. v.

In ollam figulinam, non vitream, aut in crucibulum Hassiacum immittatur et vase bene tecto calore non nimis aucto uratur, donec portiuncula exempta aqua commixta affuso Acido sulfurico diluto effervescentiam non amplius reddat. Pulvis refrigeratus statim in lagenas bene obturandas ingeratur. *Dosis:* 0,1—0,2—0,5 quater quinquesve per diem.

### Zincum phosphoratum.

Phosphidum Zinci. Phosphoretum zincicum. *Phosphorzink.*

$Zn_3P_2 = 258,6 - Zn^3P = 129,3.$

Rp. Zinci pulverati puri 10,0

[<sup>1</sup>] Phosphori pulverati 3,5.

Agitando celeriter mixta in cucurbitam parvam vel pilam vitream ingerere. Cucurbita tubo angustiore clausa,



hanc impone in balneum arenae, ut ostium cum tubo ex arena tantum emineat. Tum calefac, quamdiu vapores densi e tubo expellantur. Post refrigerationem cucurbitam diffringe et phosphidum contritum in lagenis parvis obturatis serva.

Loco Phosphori adhibetur. *Dosis*: 0,001—0,003—0,005 ter quaterve per diem. *Dosis maxima*: 0,01, pro die 0,06!! (Antineuralgicum.)

Rp. Zinci puri q. v.

[<sup>2</sup>] In retortam parvam immisum fervefac, ut metallum liquescat. Tum apparatus gase Hydrogenii semper completum teneatur. Nunc ad superficiem metalli fervefacti et liquidi conduc vapores Phosphori, donec metallum strato et griseo nigro obtectum sit.

Hoc stratum a particulis metallicis zincicis liberatum praebet Zincum phosphoratum, quod in vitris clausis caute servandum est. *Dosis maxima*: 0,01, pro die 0,05.

Gr. 1,171 Zinci phosphorati in Acidum hydrochloricum immisum praebet Hydrogenii phosphorati ducenta centimetra cubica.

### Zincum phosphoricum.

Phosphas zincicus s. Zinci.

Rp. Zinci sulfurici cryst. P. 4.

Solutis in

Aquae destill. fervidae P. 80 affunde inter agitationem solutionem filtratam, paratam e

Natri phosphorici cryst. officinalis P. 5 et

Aquae destill. P. 20.

Praecipitatum exortum aqua frigida ablue et leni calore sicca. Sit pulvis albissimus crystallinus. Neuroticum.

*Dosis*: 0,1—0,15—0,25 ter quaterve per diem (epilepsia).

*Cave!* Ne hic phosphas Zinco phosphorato confundatur!

### Zincum purum

pulveratum s. divisum.

Rp. Zinci chlorati P. 3.

Solve in


Aquae destill. P. 2.

In solutione in ollam vitream immissa bacilla Zinci puri multa per-

pendiculate colloca, tum ad parietem ollae Aquam destillatam caute ita affunde, ut haecce Zinco chlorato innatet. Actione chemica finita, Zincum divisum collige et primum Spiritu Vini, tum Aethere ablue.

### Zincum salicylicum.

Salicylas zincicus.



Rp. Zinci oxydati puri 10,0

Aquae destill. 15,0.

Conterendo mixta sepone per diem unum, tum inter agitationem paulatimingere in liquorem ad 60—70° C. calefactum, paratum solvendo ex


Acidi salicylici 35,0

Aquae destill. 500,0.

Solutione peracta sepone liquorem in balneum aquae frigidum et agita, ut sal crystallisatum secernatur. Lixivium matrix calore 60—70° C. ad volumen dimidium evaporetur et in balneum frigidum impositum agitetur etc. Hoc sal in aquae frigidae p. 22, solubile, facilius solubile in aqua calida et in spiritu vini. Adstringens, antisepticum.

### Zincum sulfocarbolicum.

Sulfocarbolas Zinci. Zincum sulfophenylicum.



Rp. Acidi carbolici puri cryst. P. 100

Acidi sulfurici concentrati puri (pd. sp. 1,840) 110,0.

In cucurbitam vitream ingesta tandem calore balnei aquae (90—95° C.) digere, donec portiuncula exenta cum aqua solutionem limpida praebat. Tum liquorem infunde in

Aquae dest. fervidae 2000,0, deinde statim adde

Cretae laevigatae q. s.,

ut neutralisatio liquoris efficiatur. Quo facto, sepone loco calido per horam dimidiam, tum liquorem calidum filtra, massam in filtro residuam aqua fervida eluendo. Liquori filtrato inter agitationem admisce solutionem paratam e

Zinci sulfurici cryst. 153,0 in

Aquae destill. calidae 150,0.



Post sedimentationem filtra. Liquorem filtratum, additis

Acidi sulfurici diluti 5,0,  
fere ad sicum evapora. Massam salinam residuam commisce cum

Carbonis animalis 20,0—25,0  
et solvendo in

Spiritus Vini calefacti

minore quantitate, filtrando seponendoque loco frigido in crystallata pura converte. Effic. circiter 290,0 grammata. Crystalla in infundibulo collecta inter chartam bibulam in aëre sicca. Sint prismata rhombica, in aëre fatiscientia, decoloria, desodora, in aquae p. 2, in spiritus vini p. 5 solubilia, reactionis acidulae. Per longius tempora servata rubescunt. Serva in vitris dense clausis, a luce remotis.

Us. extern. 0,5—1,0: 10,0 aq. ad injectiones (gonorrhoea) et ad vulnera liganda.

### Zincum sulfoichthyolicum.

Zincum ichthyolicum. Sulfoichthyolas zinciens.

( $C_{28}H_{36}S_3O_6 \cdot Zn = 629,2$ .)

Rp. Acidi sulfoichthyolici 100,0

Aquae dest. calidae 100,0.

Solutione peracta, adde

Zinci carbonici 13,5.

vel quantum solvitur. Tum sepone per dies duos et decantha. Liquorem calore modico (50—60° C.) sensim evapora, donec massae residuae pondus 100,0 gr. expleat. Continet circiter 25% aquae. Ad usum externum. Cf. Ichthyolum. Sit reactionis acidulae.

### Zincum sulfuricum purum.

Sulfas Zinci.

$ZnSO_4 \cdot 7H_2O = 287 -$

$ZnO, SO_3 + 7HO = 143,5.$

Rp. Acidi sulfurici Angl. P. 100.

[<sup>1</sup>] Diligenter commixtis cum

Aquae destill. P. 600

injice

Zinci laminati P. 75.

Sepone loco calido et saepius agita, donec gas emanare cesset. Dein sepone et filtra. Liquorem, admixtis et cum paulo aquae contritis

Plumbi hyperoxydati (fusci)  
P. 4.

sepone interdum agitando, per diem unum loco calido et umbroso, dein filtra. Liquori filtrato immisce

Zinci oxydati venalis P. 1

et post digestionem denuo filtra. Postremo liquorem evaporando ad punctum usque crystallisationis redactum sepone et interdum paulum agita, ut crystallata parva demittat, quae collecta sparsaque supra orbis porcellaneos loco sicco, cujus calor 28° C. nunquam excedat, desiccetur. Effic. P. 250.

Rp. Acidi sulfurici Angl. P. 4.

[<sup>2</sup>] Diligenter commisceatur cum

Aquae communis P. 25.

Liquori adijce ramentorum

Zinci laminati P. 3.

Sepone loco calido et interdum agita, donec gas emanare cesset. Dein sepone per diem unum et filtra. Liquori filtrato calido tandiu inducatur

Chlorum gasiforme, donec liquor eo saturatus sit. Hujus liquoris sic chlorati Partibus 3 separatis instilla tantum

Natri carbonici soluti,

quantum ad praecipitationem perfectam requiritur. Praecipitatum inde exortum colligatur et aqua bene elotum adhuc humidum cum solutione residua Zinci commisceatur, quae loco calido interdum agitando tandiu seponatur, donec portiuncula filtrata a ferro plane libera evaserit. Tum liquorem filtra et, admixta Acidi sulfurici diluti P. 1/6, evaporando seponendoque in crystallata redige, quae colligas, quando a Zinco chlorato libera reperiuntur. Crystalla in vasis obturatis serva.

Dosis emetica maxima: 1,0 (Ph. Germ.), 0,8 (Ph. Austr.). In dosi refracta emetica pro die 1,2!!

### Zincum tannicum.

Barnit-salt. Sel de Barnit.

Rp. Zinci oxydati puri P. 2

Aquae destill. P. 3.

Conterendo exacte mixtis affunde

Acidi tannici P. 10

solutas in

Spiritus Vini rectfss. et



Aquae destill. aa P. 10



atque filtratas. Agitatione peracta seponere per horam unam, dein sedimentum in filtro collige, aquae destillatae paulo ablue et sicca. Pulvis flavidus. *Dos.*: 0,05—0,1—0,2 ter quaterve per diem (stypticum et adstringens). Remedium antigonorrhoeicum.

### Zincum valerianicum.

Valerianas Zinci.



Rp. Zinci sulfurici puri *P.* 30.

Solve in

Aquae destill. *P.* 150.

Solutioni filtratae adde inter agitationem liquorem calidum, paratum e

Natri carbonici cryst. *P.* 33 et

Aquae destill. *P.* 150.

Praecipitatum inde ortum Aqua destillata calida accurate edulcoratum et adhuc humidum sensimingere in liquorem, commiscendo paratum ex

Acidi valerianici trishydrici

*P.* 25 et

Aquae destill. *P.* 1000.

Miscelam bene agitatum usque ad calorem 90° C. calefac et, si opus fuerit, per linteum cola. Liqueor dein calore 90° C. non superante evaporetur et crystallula, quae in superficie liquoris apparent, interdum colligantur. Haec operatio continuetur, quamdiu crystallula exoriuntur. Crystallula omnia loco vix tepido (20—25° C.) siccantur. *Eff.* *P.* 26.

Sint crystallula squamiformia, alba nitoris margaritacei, Acidum valerianicum redolentia. Zincum butyricum admixtum solutione concentrata Cupri acetici exploratur, praecipitatum caeruleum praebens. Valerianas praecipitatum non edit. Antispasmodicum, neuroticum, tonicum. (In neuralgiis, praesertim in neuralgia facialis et hystericarum, affectione convulsiva infantum.) *Dosis*: 0,03—0,06. *Dosis maxima*: 0,06, pro die 0,3!!